

EXPOSITIO.

**Q**UATUOR hic notantur ab Evangelista: Tempus curationis, multitudo infirmorum, varietas morborum, facilitas curationis. *Cum Sol occidisset*, apponitur tempus. Hæc miracula facta sunt in die Sabbati, ut patet ex *Marc. 1. num. 21. & Luc. 4. num. 31*. Ideo post Solis occasum adducebant infirmos, existimabant enim, id operis Sabbato non licere, ut morbis vexatos afferrent, quod latius explicabo quæst. sequenti. *Omnes qui habebant infirmos*. Explicatur per hæc, multitudo ægrotantium, quæ ad Christum veniebat, ut clarius habet Arias: *Quotquot habebant infirmos*. Et tunc veniunt ad Jesum, cum infirmitate opprimuntur, & vexantur. Sic Nabuchonosor Rex in sua infirmitate clamavit ad Dominum, & humiliavit se, & penitentiam egit, *Daniel. 4. num. 31*. Sic amici Heliodori pro ejus salute deprecantur Oniam sacerdotem, quem antea contemnebant, *2. Machab. 3. num. 31*. *Infirmos variis languoribus*. Ecce diversitas morborum, Medicus salutis, nullius infirmitatem contemnebat, sed cum summa facilitate omnes à morbo liberabat. *Singulis manus imponens curabat eos*. In signum clementiæ, & benignitatis Dominus super eos ponebat manus, ut ira ipsi compellerentur suum benefactorem agnoscere: nam ubi primum ipse imponebat manus, statim ægroti sanabantur. Et notat D. Bonavent. quod *singulis imposuisse dicitur sine exclusione*, *Psalm. 144. n. 16. Aperi tu manum tuam, & imple omne animal benedictione. Pusillum, & magnum ipse fecit, & aequaliter cura est illi de omnibus*, *Sap. 6. num. 8*. Et ideo dicitur: *Curabat omnes, scilicet omnes ad se venientes: quia sicut dicitur Joan. 6. n. 37. Eum, qui venit ad me, non ejection foras; nec mirum, nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum, Rom. 10. num. 12*. Expende, quod omnes ægroti, salutis cupidi, veniunt in domum Petri, & ibi sanantur, quia in domo Petri, hoc est, in Ecclesia Catholica, invenitur Christus vera salus. Et Dominus Petri, ac veri Præsulis, omnibus oppressis, ac laborantibus patens est, & manifesta: secus domus principum, & Regem hujus sæculi, quarum aditus oppressis & afflictis negatur. De Machabæo dicitur *Elther 4. num. 2. Esulatu usque ad fores palatii gradians: non enim erat licitum, indutum sacco aulam Regis intrare*.

53.  
Arias.  
4. Mach. 3.  
Bonavent.  
Psalm. 144.  
Sapient. 6.  
Joan. 6.  
Ad domum  
Prælati ege-  
ni, & paupe-  
res aditum  
habent.  
Elther 4.

QUÆSTIO VIII.

Quare post Solis occasum adducebantur infirmi ad Christum?

**R**ESPONDENT primò, & germandè ad litteram. Orig. Euthym. in *Matth.* & Theophylactus in *primum Marci*, quod dies iste, erat dies Sabbati, ut jam dixi in expositione, & in die Sabbati non erat licitum operari usque ad occasum Solis. Judæi enim dies suos festos agebant à vespera præcedentis diei, usque ad vesperam sequentis, *Levitic. 23. n. 13. A vespera usque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra*. Et Judæi adhuc rudes credebant quod soleretur

54.  
Origen.  
Euthym.  
Theophyl.  
Levit. 23.

Sabbatum curando hominem in eo, & de hæc re sæpe accusabant Christum, *Luc. 13. num. 14. & cap. 14. num. 3. Joan. 5. n. 9*. Unde isti sibi persuadebant, quod non licebat Sabbato curare, vel saltem adducere infirmos ad Christum, & ideo eos asportant post occasum Solis, quando jam solemnitas Sabbati terminata erat. Rectè observat Euthymius in *cap. 8. Matth.*, quod popularis turba expectato Solis occasu propter Sabbati observationem morbis tunc laborantes adduxit; discipuli verò ante Solis occasum deprecari sunt eum pro salute febricitantis, utpote jam edocti ejus sacra doctrina, & didicerant ab illo, à quibus operibus abstinere juberet lex, quæ de Sabbati quiete statuta erat; nam Apostoli, ut perfecti, agebant de vera observantia Sabbati, at turba popularis ducebatur ficitia religione, ut ita zeli prætextu posset Christum calumniare.

Secundò Abulensis in *Matth. quæst. 8. cap. 47.* Quia Christus Dominus sequenti die manè recessurus erat de urbe Capharnaum, Et ita ait *Marcus 1. num. 35. Et diluculo valde surgens, egressus abiit in desertum locum*, & *Luc. 4. num. 42. Facta autem die egressus ibat in desertum locum*. Cum ergo Judæi scirent, quod manè recessurus erat, antequam ab eis discederet, adducunt omnes infirmos suos, ut ab eo sanarentur. Imò, ut rectè ait ipse Abulensis, ex his duabus rationibus potest una causa totalis efformari, ob quam vespere adducunt infirmos. Judæi volebant eos afferre in die Sabbati; ideo ægrotos asportabant post Solis occasum, quando jam solemnitas diei erat finita; & quia Dominus manè recessurus erat à loco, hæc de causa instante nocte ægrotos suos asportant, & eos eis offerunt, ne elapsa occasione tantum magistri, ipsi infirmi, & languoribus oppressi remanerent. Vide *lib. 1. cap. 10. num. 44.*

Tertiò, Albertus Magnus in *8. Matth. Adducunt vespere*, ait, quia in die occupatus erat Dominus verbi predicatione, ex compassione ad ignorantiam populi, & in sero per miraculum confirmavit quæ predicaverat, & excitavit populum ad laudem Dei, *Psalm. 41. n. 9. In die mandavit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum ejus*. Præcipua pars temporis dies. Et in hoc Dominus incumbere salutem animarum, ac predicationi ad excludendas ignorantias, ac errores animæ per noctem verò miracula operabatur, & corporis infirmitates depellebat. E contra verò homines hujus sæculi per diem rebus corporatibus indulgent, ac implicantur; ultimam verò partem temporis, salutem suam animæ adscribunt.

Quartò, Nocte veniunt, ait Carthusianus, quia timebant Phariseos, sicut & ob hanc causam. Nicodemus nocte venit, sed hic cum esset princeps, magis timuit, quam turbæ, quæ die, ac nocte Christum sequebantur. Et ideo quintò Theophylactus in *Matth.* attestatur, quod tanta erat devotio populi in Christum, ita ut nullo tempore eum dimittere vellet. Sextò D. Bonaventura ait, adducebant post Solis occasum, ut ita ostenderetur, quod Christus non tam die, sed etiam noctu sollicitus, & porens erat, circa salutem humani generis, quod fuit figuratum *Genes. 31. num. 40. ubi de Jacob dicitur. Die nocteque astu urgebat, & gelu; fugiebatque somnus ab oculis meis*. Multò magis sollicitus erat Christus Dominus de ovis sui patris, quam Jacob de ovis

Euthym.  
Perf. Et agnoscent veram ob servantiam legis.  
55.  
Abulens.  
56.  
Alb. Magn.  
57.  
Carthuf.  
Theophyl.  
Bonavent.  
Christus valde sollicitus de nostra salute.  
58.  
Genes. 31.

Abulens. ovis Laban. Septimò, sicut qui dicant apud Abulens. *ciatæ quæst. 47.* quod ideo per noctem veniunt, quia per diem Judæi occupati erant aliis operibus; tales enim sunt homines, ut velint ad Christum venire servientes suis commoditatibus, temporalitatibus, ac negotiis, quæ reuunt dimittere.

Octavò, Beda, D. Bonavent. Hugo, & alij: *Solis occubitus*, ait Beda, est passio Christi, per quem plures sanantur demoniaci, & agroti, quam antea, Christus D. verus Sol. *Malach. 4. numero 1. Orietur vobis timenibus nomen meum Sol justitiae*. Iste verus Sol occubuit in passione, *Amos 8. num. 9. Occidet Sol in meridie*. Et tunc ejus sanctissima, morte multo plures sanati sunt, quam antea, quod præfiguratum est in morte Samsonis, *Judic. 16. num. 30. Qui, ut ait Albert. Magnus, interpretatur Sol fortis. Et multò plures interfecit moriens, quam ante vivus occiderat*. Nonò, D. Paschasius *lib. 5. in Matth.* ait quod veniunt vesperæ ob nimiam occupationem Salvatoris, tamen tam diligenter id ex eo exprimitur, ut hoc mysticè intelligamus; vesperæ est cum finitur dies, & quando, jam mundus agebat ultimam ætatem, in quo vesperæ oblati sunt Christo officio Apostolorum malè habentes, & ab eo sanati sunt.

Decimò, D. Hieron. in *Matth. 8. Omnes, ait, non manè meridie, sed ad vesperam curantur, quando Sol occubiturus est, quando granum tritici in terra moritur, ut multos fructus afferat*. Infirmos non asportant rutilante Sole, sed expectant vesperam, quando Sol peragens suum cursum est in occasu, & ibi occultatur sub velamine noctis, quænam hujus rei intentio, nisi alta Dei dispositio, ut significetur, quod à Jesu abscondito sub velamine repræsentationis lætæ mortis in sacra Eucharistia, cujus typus præcesserat in pane manducato in domo Simonis, omnes sanantur, & curantur, sicut granum tritici absconditum in terra mitos fructus producit, & afferit.

Undecimò, Vult Christus quod Solis occasus observetur, ut infirmi sanentur; sed quid impedimenti erat clara dies, quid obstabat refulgens Sol, & quæ Christi connexio cum tenebris, & caligine noctis, in magnum nostrum documentum hæc facta sunt, ut discamus egregia nostræ virtutis documenta non edere in patulo, ac in publico, sed in occulto, & abscondito. Vide quæstionem sequentem.

QUÆSTIO IX.

Quare Dominus per noctem caret infirmos in civitate, & per diem ad deserta loca tendat?

**A**IT Lucas hoc loco quod cum Sol occidisset, adducebantur infirmi ad Christum. Et statim hoc cap. 4. num. 42. *Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ regnabant eum*. Hinc mihi insurgit dubitatio, cur Dominus per noctem sanat infirmos in civitate, & per diem pergit ad desertum. Videbatur potius quod per diem commorandus esset in civitate, & per noctem ad desertum confugiendus, Christus in deserto orabat, & in civitatibus sanabat infirmos, & excellentissimæ suæ virtutis Sylveira in *Evang. Tom. 11.*

61.  
Luc. 4.  
Christus nos docet bona opera occultare.

monimenta diffundebar. Christus semper latibulum, & abscondita quærit, die erat in deserto, quia si lux Solis ipsum manifestabat, ac indicabat, locus separatus ipsum abscondebat. Noctu verò in urbe detinetur, & ibi commoratur. Quia si locus, & eximia miracula Dominum declarabant, velamen tamen noctis occultabat. D. Ambros. *lib. 3. de Virg.* reddens rationem cur Dominus per diem tendit in desertum. *In quo, ait, ille docet à perfectio abesse debere jactantiam: non enim sanantium copiam, sed jactantiam declinabat.*

Cum nocte remansisset solus Jacob, ecce vir luctabatur cum eo, qui, ut voluit Patres Græci, Chrysof. Cyrill. & alij, erat ipsemet D. us. Et procedente lucta dixit Deus ad Jacob, *Dimittite me, jam enim ascendis aurore*, *Genes. 32. num. 26*. Satis agitata est ratio cur Deus sub matutina luce recessit esse in complexu, & lucta cum Jacob in illa operat. lucta viscebatur ut eximia virtutes Jacob Oratio, & lachrymæ, ut exponit Origen. *num. 4. Flevis & rogavit eum*, Fortitudo, & constantia ejus; ita ei dictum est: *Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prevaleris*, *Genes. ibid. num. 28*. Ex parte Dei multa mirabilia resplendebant, ejus amor, auxilium, ac adjutorium ad hominem, & misericordia qua ad nostram carnem indocendam descendebat, & tot ac tam præclara virtutum monimenta noluit Deus, ut sub clara diei luce apparerent, quando ab omnibus viderentur, sed ut sub tenebris noctis essent occultata, & abscondita, ne aliqua levi jactantia virtutes Jacob periclitarentur. Unde ait D. Bernardus *serm. 86. in Cantic. Orare volentes jubemur intrare cubiculum, utique secreti gratia. Id quidem ad cubiculum, ne coram orantibus, laus humane orationis fuerit fructum, frustretur effectum*. Vide supra *cap. 10. num. 196. & 197. & c. 11. num. 145. & 146.*

QUÆSTIO X.

Quare Christus Dominus spiritus immundos ejiciebat solo verbo, languidos autem tangendo curabat?

**C**HRISTUS Dominus multis, & variis modis curabat infirmos. Primò quosdam solo verbo, ut piscinæ Paralyticum, *Joan. 5. num. 8*. Secundò alios solo tactu, *Luc. 8. num. 47. ut mulierem, quæ cum terigit, Terit tandem verbo, & tactu aliquos curavit ut hic focerum Petri.*

Quæstio hæc præsens supponit, quo pacto Christus ejiciebat spiritus immundos. Aliqui sunt Auctores, ut testatur Abulens. in *cap. 8. Matth. quæst. 48.* quod eos expellebat verbo, & tactu, quia, *Matth. 8. num. 16. dicitur, quod ejiciebat spiritus verbo*. Et Lucas *hic* ait, quod Christus *singulis manus imponens curabat eos*. Ergo è contra, quia Matthæus dixit verbo curatos, Lucas impositione manuum, videtur intelligendum, quod utroque modo, & quod Lucas suppleverit quod Matthæus omisit.

Tamen, ipse Abulensis *ciatæ loco*. Euthymius, D. Thom. docent, quod Dæmoniacos solo verbo curaverit, ægros autem non solum verbo, sed & manuum impositione, nam Matthæus, ut rectè observat

Ambr.  
62.  
Chrysof.  
Cyrill.  
Gen. 12.  
63.  
Christus tripliciter sanavit.  
64.  
Abulens.  
65.  
Idem.  
Euthym.  
D. Thom.



observat Albertus Magnus, ponit distinctionem. Ait enim, *Ejiciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curavit.* Et ita magis coheret cum littera, quod immundos spiritus expellebat solo verbo. Et Lucas ait, quod curabat infirmos variis languoribus, singulis manus imponens. Et ita videtur, quod Lucas de languoribus, & non de arreptitiis.

**66.** Quare expellebat verbo. Quare ergo Dominus immundos spiritus ejiciebat solo verbo, morbos vero, ac aegritudines tangendo curabat? Majorem rationem delimit Abulensis ex conditione ipsius rei, quia infirmitas, ac languor est in corpore, & sapè in illius superficie, ut lepra, & ideo Dominus hujusmodi infirmos tangebatur, ad ostendam excellèntiam sùe humanae naturæ, quæ est quasi organum deitatis, ut dicunt D. Damascenus, & Cyprianus, ut ita fieret manifestum tactu, ac impositione manuum, quod Christus hujusmodi morbos expellebat, ac illos sanabat. At in arreptitiis nullum aliud est malum, nisi quod Diabolus eos exagitat. 1. Reg. 16. num. 16. *Eccè spiritus Dei malus exagitat te.* Et cum Dæmon sit substantia spiritualis, & intelligens, non tangitur corporaliter, & ideo convenienter ad eum dirigitur sermo iustitias, & increpationis Domini; ideoque cum Dominus sanaverit multos arreptitiis, nunquam tamen legitur, quod aliquem eorum tangeret, sed increpabat; & comminabatur spiritibus. *Mar. 1. n. 25. & 9. n. 24. Luc. 4. n. 41.* Juxta illud quod scriptum est; *Ab increpatione tua fugiem; à voce tonitru tui formidabunt.* Psal. 103. num. 7.

**67.** Secundò & moraliter, spiritus immundos non tangebatur Dominus, non propter se, quia iniquitas non potest nocere ei, sed in documentum nostrum, ut discamus immunditiam non tangere, sed potius inerepado ipsam detestari, & fugere. Nam ut dicitur Ecclesiast. 13. n. 1. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* & Proverb. 6. num. 29. *Qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam.* At si, ut ibi addubitat Salazar, tetigerit, non corpore, sed veste intercedente, & non morosè, sed ex transcurso, adhuc non erit mundus, quia mulier est veluti ignis, qui etiam trajectis vestimentis ad ipsam utendo pervadit carnes; ac si quis celeri gradu nudis pedibus super prunas feratur, non potest non comburi. D. Basil. lib. de Virg. ad initium ejus. *Sicut enim, ait, cum ignem tangimus, ignis vestigia per impressas nobis adustiones excipimus, impossibile est eum, qui ignem tetigerit manu, illam illam ab ejus incensiva operatione servare; ita possibile non est eum, qui mulierem attingit, ejusmodi tactum innocuum involatunque præferre.*

**68.** Hieron. Abulens. Cur D. Matthæus addit eis testimonium. *Inter omnes Evangelistas Matthæus valde frequenter, ut notat Abulens. ad cap. 8. Matth. 9. 5. dicta Prophetarum refert, quia, ut ait D. Hieron. in prolog. qui incipit, Plures fuisse. D. Matthæus scribebat suum Evangelium Judæis, & quia Judæi valde recipiebant dicta Prophetarum; ideo fuit valde sollicitus, ubicunque dabatur occasio, testimonia Prophetarum ad concordiam gestorum Christi adducere, ut ita Judæos alliceret, ut Christum Dominum verum esse Messiam promissum in lege; & ideo in hac historia, quamvis Marcus, & Lucas nullum testimonium referant, ipse tamen illud hæc interponit. 69.*

Locus adductus est Isaiæ 53. num. 4. *Ipse infirmitates nostras accepit, & aegritudines nostras portavit.* Nostri vulgata habet languores nostros ipse tulit dolores nostros ipse portavit, verba parum discrepant, sensus tamen est idem, quem Matthæus est secutus, & locus intelligitur communiter de peccatis animæ, quæ Christus suo pretiosissimo sanguine expianda suscepit, unde exoritur magna difficultas, quare Evangelista hæc verba adducit, dum Dominus infirmitates, ac morbos corporis sanat, nam ipse corporis aegritudines, ac languores non est passus. Prima, & germana solutio est quod sacra Scriptura ob suam magnam fecunditatem, multiplicem tenet sensum, ac proinde quamvis prædictus locus Isaiæ in uno sensu intelligatur de peccatis, in alio sensu exponitur de infirmitatibus, & in hoc secundo sensu, adductus est locus à D. Matthæo. Sed dices, Christus nunquam habuit aliquam infirmitatem, vel aegritudinem; ergo non potest dici, quod accepit nostros morbos. Respondetur ad hoc, Primò, cum Francisco Luca ad citatum cap. 8. *Matth. ubi ex Hebræo, pro portavit, legit, abstulit.* Secundò, cum Glossa Rabban. Interlineali, Rabbano, Alberto Magno, quod Christus infirmitates nostras accepit, non ut sibi haberet, sed ut à nobis auferret. Secundò D. Paschal. lib. 5. in *Matth. Portavit, hoc est, suas fecit, prout ita compassione, ac dolore commovebatur super eas, tanquam si proprias infirmitates curaret, ac sanaret, unde ait ipse Paschal. Verè passus, quia doluit, & laboribus fatigatus infirmitatem carnis sustinuit, Tertio, Cajetanus, portavit, tanta facilitate absque ullis medicamentis abstulit; ac si unam rem portabilem tolleretur, & in alterum locum veheret. Unde clarius dicam: Portavit, veluti manu abstulit, quemadmodum is, qui aliquid manu capit, & tollit.*

**70.** Quarto, & principaliter responder D. Chrysostomus *homil. 28. in Matth.* Postquam proponit quod Propheta intelligitur de peccatis, ait: *Cur ergo, inquit, de morbis, aut aegritationibus dictum, Evangelista in hoc loco scripsit? Certè, aut historicè testimonium Propheta accepit, aut subaperive voluit, primas aegritationes ab animi peccatis originem trahere. Nam si mors à radicibus peccati pullulavit, quid mirum, si aegritationes quoque multa inde nascantur? Similiter Theophylact. Euthym. docet magnus Pater, quod aegritudines corporis à peccatis animæ, tanquam à sua radice pullularunt, ac proinde cum Christus suscepisset nostra peccata, ut illa expiaret, etiam suscepit ipsas infirmitates ut sanaret, sicut è ablata radice mali, etiam ipsam malum extinguitur. Cum innumerabiles locustæ premerent Ægyptum, ita ut penè omnis terra esset devorata ab eis, Pharaon fellinans vocavit Moysen, & Aaron, & dixit eis: *Peccavi in Dominum Deum vestrum, & in vos, sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogare Dominum Deum vestrum, ut auferat à me mortem istam.* Exod. 10. num. 16. & Exod. 17. Crudeles, & barbarus tyrannus vehementi desiderio rapiebatur, ut servam illam mortem,*

QUÆSTIO XI.

Quomodo Matthæus hic allegaverit auctoritatem Isaiæ.

**71.** Respondetur ad hoc, Primò, cum Francisco Luca ad citatum cap. 8. *Matth. ubi ex Hebræo, pro portavit, legit, abstulit.* Secundò, cum Glossa Rabban. Interlineali, Rabbano, Alberto Magno, quod Christus infirmitates nostras accepit, non ut sibi haberet, sed ut à nobis auferret. Secundò D. Paschal. lib. 5. in *Matth. Portavit, hoc est, suas fecit, prout ita compassione, ac dolore commovebatur super eas, tanquam si proprias infirmitates curaret, ac sanaret, unde ait ipse Paschal. Verè passus, quia doluit, & laboribus fatigatus infirmitatem carnis sustinuit, Tertio, Cajetanus, portavit, tanta facilitate absque ullis medicamentis abstulit; ac si unam rem portabilem tolleretur, & in alterum locum veheret. Unde clarius dicam: Portavit, veluti manu abstulit, quemadmodum is, qui aliquid manu capit, & tollit.*

**72.** Quarto, & principaliter responder D. Chrysostomus *homil. 28. in Matth.* Postquam proponit quod Propheta intelligitur de peccatis, ait: *Cur ergo, inquit, de morbis, aut aegritationibus dictum, Evangelista in hoc loco scripsit? Certè, aut historicè testimonium Propheta accepit, aut subaperive voluit, primas aegritationes ab animi peccatis originem trahere. Nam si mors à radicibus peccati pullulavit, quid mirum, si aegritationes quoque multa inde nascantur? Similiter Theophylact. Euthym. docet magnus Pater, quod aegritudines corporis à peccatis animæ, tanquam à sua radice pullularunt, ac proinde cum Christus suscepisset nostra peccata, ut illa expiaret, etiam suscepit ipsas infirmitates ut sanaret, sicut è ablata radice mali, etiam ipsam malum extinguitur. Cum innumerabiles locustæ premerent Ægyptum, ita ut penè omnis terra esset devorata ab eis, Pharaon fellinans vocavit Moysen, & Aaron, & dixit eis: *Peccavi in Dominum Deum vestrum, & in vos, sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogare Dominum Deum vestrum, ut auferat à me mortem istam.* Exod. 10. num. 16. & Exod. 17. Crudeles, & barbarus tyrannus vehementi desiderio rapiebatur, ut servam illam mortem,*

**73.** Cum innumerabiles locustæ premerent Ægyptum, ita ut penè omnis terra esset devorata ab eis, Pharaon fellinans vocavit Moysen, & Aaron, & dixit eis: *Peccavi in Dominum Deum vestrum, & in vos, sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogare Dominum Deum vestrum, ut auferat à me mortem istam.* Exod. 10. num. 16. & Exod. 17. Crudeles, & barbarus tyrannus vehementi desiderio rapiebatur, ut servam illam mortem,

**74.** Multi, qui concurrant affirmant.

ac rigorosam plagam à se eximeret. Tamen non deprecatur primo, ut illa mors, ac nociva locustarum plaga auferatur, sed rogatores adhibet, ut peccata sua dimittant. Quamvis maximè esset afflictus, ac vexatus plaga, non tamen primò cogitat de illa, sed de peccatis tollendis, quamvis tyrannus tota nequitia esset putridus; hoc tamen noverat, nil efficacius ad reprimendam malam, quam peccatis modum imponere, & si homo ab his dimittitur, etiam omne malum dimittitur, & cessat. D. Chrysostomus in *Catena D. Thoma*, ad illa verba Luc. 5. *Homo, dimittitur tibi peccata tua.* Nos, ait, si corporaliter patimur, satagimus nocivum abjicere, cum verò malè sit anima, differimus, atque adèc nec à corporis nocivis curamur: abscondimus igitur senem malorum, & cessabunt aegritudinum fluxus. Vide supra cap. 12. num. 38. & cap. 19. 21. & 23.

**75.** Quare Dæmonia exhibentur a multis clamantia, & dicentia: Quia tu es filius Dei; & increpans non sinebat ea loqui; quia sciebant ipsum esse Christum. *Lucæ 6. n. 4.* Exhibant autem Dæmonia à multis clamantia, & dicentia: Quia tu es filius Dei; & increpans non sinebat ea loqui; quia sciebant ipsum esse Christum.

**76.** Quare Dæmones confitebantur Christum esse filium Dei? *NOTANDUM* est ex D. Bonaventura, quod Dæmones confitebantur conjecturaliter Christum esse filium Dei, & non confitebantur hoc ex corde, de quo 1. Cor. 12. num. 13. *Nemo potest dicere, Dominus 7. nisi in Spiritu sancto.* Verbo autem dicere, respondet in Græco, dicere cum amore. Non etiam opere confitebantur, de quo Joan. 14. num. 2. *Joan. 14. Omnis Spiritus, qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est.* Sed solum ore dicebant, & corde oderant, & opere negabant, 1. ad Titum 1. num. 16. *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Depravata Dæmonis malitia est, unum ore dicere, & aliud factis ostendere.

VERSIONES.

**Syriacus.** Quin etiam exhibent Dæmonia ex quamplurimis vociferantia, ac dicentia: Tu es Meschicho ille filius Dei; & prohibebat eis, nec sinebat ea loqui, quod nosset ipsum esse Meschicho.

**Vatabl. Arias.** Tu es Christus ille filius Dei.

**Franc. Lucas.** Et objurgans, sive dure alloquens, non sinebat ea loqui.

ALTER TEXTUS.

**Marc. 1. n. 34.** Et Dæmonia multa ejiciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum.

EXPOSITIO.

**74.** Non solum ægros sanabat Dominus, sed etiam arreptitiis curabat, ab eorum corporibus Dæmonia eiicendo. Exhibant autem à multis Dæmonia, potentia, ac imperio Christi Domini. Quia, ut explicat D. Matth. 18. num. 16. verbo suo expellebat, *Clamantia, & dicentia, quia tu es filius Dei.* Diabolus suspicatur Christum esse filium Dei, ut dicam quæst. 13. Et tamen hoc ipsum affirmativè profert. Sunt enim homines, qui ea, quæ conjecturaliter capiunt, resolutivè asserunt. Immo peiores Diaboli; nam ille secundum excellens Sylveira in *Evang. Tom. 11.*

riorem partem dixit id, quod suspicabatur, ac homines sapè secundum deteriorem dicunt; dicebant: *Tu es filius Dei,* seu ille filius Dei: hoc dicebant, non quia gaudebant Christum honorare; sed ut Dominus desineret eis esse molestus; sicut dicebant, Matthæi 8. num. 29. *Quid nobis, & tibi, ac si dicerent, Quid nos persequeris. Tuus honos tibi manet, qui es filius Dei; nos non te oppugnamus, quare tu contrarius es nobis, sine nos, ut ait Franciscus Lucas, quietos agere, ori hætenus fecimus. Hæc autem verba loquebantur per ora eorum hominum; à quibus exhibant, & increpans non sinebat ea loqui.* Dominus asperè objurgans Dæmonia non sinebat loqui; non enim volebat testimonium à Dæmonibus, ne veritas suæ prædicationis tam falsis testibus diminueretur, nec egebat laude Dæmonum, qui sua virtute, ac operatione, & oraculorum antiquorum observatione super omnia erat laudatus, *Quia sciebant ipsum esse Christum.* Id est, non sinebat Dæmones loqui, ut dicerent, quod ipsi sciebant eum esse Christum, ut clarius explicabo quæstione ultima, in fine.

QUÆSTIO XII.

Quare Dæmones confitebantur Christum esse filium Dei?

**75.** *NOTANDUM* est ex D. Bonaventura, quod Dæmones confitebantur conjecturaliter Christum esse filium Dei, & non confitebantur hoc ex corde, de quo 1. Cor. 12. num. 13. *Nemo potest dicere, Dominus 7. nisi in Spiritu sancto.* Verbo autem dicere, respondet in Græco, dicere cum amore. Non etiam opere confitebantur, de quo Joan. 14. num. 2. *Joan. 14. Omnis Spiritus, qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est.* Sed solum ore dicebant, & corde oderant, & opere negabant, 1. ad Titum 1. num. 16. *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Depravata Dæmonis malitia est, unum ore dicere, & aliud factis ostendere.

**76.** Ad quætionem responder primò Origenes *homil. 3. in Exodum,* ubi tormenta senserunt, sciunt Dominum. Præsentia Salvatoris tormenta sunt Dæmonum, ut ex Beda dixi superiori c. num. 5. *Semper enim paritatis aspectus valde gravis, & molestus immunditiæ, ac impunitati, & ideo cum tanta tormenta senserunt ex Domini præsentia, statim ipsum esse Deum fatentur.* Secundò responder Chrysologus *serm. 17. Credidit infelix, ait, ut eum, quem tentatione vincere, quem muneribus insultere nequiverit, posset adulatione pulsare.* Ars Diaboli sua malitia in hoc aliquid machinatus est. Consideravit crudelis inimicus, quod in deserto objecta omnium regnorum promissione, quæ maximè animos devincit, nihil obtinuit; ideo ad validissimum telum adulationis confugit, an ipsa valeat Christi animam invictum propulsare, & ad se allicere. Valde enim efficax est adulationis stimulus, præcipue quando ipsa publicè profertur, & ideo Diabolus coram turbis alta voce exclamat, *Scio quia sis Sanctus Dei.*

**77.** Multi, qui concurrant affirmant.